

1532. iē. 23. Februarij

Sigismundus I. Rex Poloniae,  
Summo Pontifici.

Beatissime Pater et Domine do-  
mine clementissime &c.

Post humilem &c.

40

Cum nunciatum mihi esset  
de morte Reverendissimi Domini Lau-  
rentij Sanctorum quatuor Cardinalis,  
graviter admodum et molesto animo illius  
hunc casum utcumque legi naturali sub-  
iectum tuli, cum propter illius virtutem,  
et singulorum in rebus dexteritatem, et  
peritiam, qua Sanctitati Vestrae, et isti  
sancta Sedi fuit semper utilissimus, tum  
etiam propter mea, et regni mei negotia,  
quorum ille curam isthuc apud Sanctita-  
tem gessit, non pie solum sed amanter  
et officiose, verum quia id, quod a Deo  
sit Christiano homini culpae, vel fasti-  
dine non convenit Desiderium illius opti-  
mi patris feram eo, quo equiore potero  
animo, et studium observantiamque ex qua  
me illius memoria retinebo Sempiter-  
na. At sicut pro illo tam grato et  
commodissimo mihi dato Protectore  
Sanctitati Vestrae, ego me semper de-  
bere confiteor, et acceptum referre volo,  
ita nunc vicissim supplico, ut in locum  
demonstrati ipsa iterum Sanctitas vestra  
aliquem ex Reverendissimorum Domino-

rum

1532  
Dominorum Cardinalium Collegio nomi-  
nare mihi in protectorem dignetur, qui  
et Sanctitati Vestrae gratus esset, et ne-  
gotiorum meorum curam suscipere, et ge-  
rere cum sua et mea dignitate valeat.  
Mihiquidem inter ceteros, si idem Sancti-  
tas Vestra iudicavit, acceptissimum fo-  
ret, reverendissimus Dominus Cardinalis  
Pistoriensis, quem et Patruus moriens  
mihi commendavit, et Sanctitas Vestra  
amplissimis honoribus, suo merito digna-  
ta est post mortem patruus exornare,  
sed cum mea sit consuetudinis, nemi-  
nem mea sponte mihi optare Prote-  
ctorem, is certe futurus mihi est gra-  
tissimus, quem auctoritas et volun-  
tas Sanctitatis Vestrae designabit.  
Ceterum quia interim et ego et subdi-  
ti mei egebinus, relatorem et commen-  
datorem negotiorum apud Sanctitatem  
Vestram. Postulavi a Reverendissimo  
Domino Pistoriensis, ut ille operam  
suam in his, quae illi curanda com-  
misi, vel sum commissurus presta-  
ret, et Sanctitati Vestrae supplico,  
ut illum de omnibus nomine meo agentem  
audire, et pro sua erga me benignitate  
exaudire diligenter. Cui me et Provincia  
mea rursus diligentissime commendo, et  
sanam Sitem Vestram atque felicissimam seip-  
se vehementer opto. Datum Praeviae die 23.  
Februarii. Anno Domini 1532. Regni vero 26. c